



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742


Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 1. Religionis Catholicæ status in Silesiæ Ducatu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)




HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

CONTINUATÆ.

LIBER CCXXXIV.

BENEDICTUS XIV. PONT. MAX.
VICARIAT. IMP. ET CAROLUS
VII. IMP. ROM.



§. I.

Religionis Catholicæ status in Silesia.

Anno, qui consecutus est, supra quadragessimum primo bellum exarsit Austriacis funestum, & prope omnibus Europæ Principibus commune; postquam enim Carolus VI. Imperator absque mascula prole decesserat, in hæreditarias ejusdem Provinciæ succedendi jus in controversiam trahebatur. Earum possessionem vi Sanctionis Pragmaticæ die sexta Decembris anno hujus sæculi vigesimo quarto conditæ, & omnium pene Principum sponsione ac consensu munitæ die decima Octobris anno priori adiit Maria Theresia Archiducissa, Hungariæ ac Bohemiæ Regina,

Y 4

na,

Sæc. XVIII. na, defuncti Imperatoris Filia nati
 A. C. 1741. major. Ast huic conventioni semper
 refragabatur Carolus Albertus tum Ba-
 varix Elector, qui Viennæ per Com-
 tem de Perusa Legatum suum hanc pro-
 fessionem ceu irritam Bavarisque iuribus
 adversam declarabat. Oppositio-
 nis momentum erat Ferdinandi I. Ce-
 saris testamentum, & ut vocant, Ce-
 dicillus, in quo hæc verba disti-
 cte expressa contineri dicebatur: *De-
 ficiente MASCULO HÆREDE Bava-
 rix Elector in Austriaca hæreditate suc-
 cedat.* Inspicitur Viennæ autographum
 & deprehenditur, scriptum fuisse: *De-
 ficiente LEGITIMI TORI hærede.* Refra-
 gabatur tamen Bavaro jus ante re-
 gnum Interregnum ab Imperatoribus
 confirmatum, vi cujus Wittelspachianum
 stemma Habsburgico præponendum esse
 set, aliunde vero succedendi jus proba-
 rent nuptialia pacta inter Albertum
 ejusque Conjugem Austriæ Archiducem
 fam olim inita. Hac super controver-
 sia aliquamdiu calamis certatum est
 jus autem suum gladio prosequendum
 censuit Fridericus II. Borussiae Rex, qui
 Ducatum Carnoviensem, Lignicum
 Brigam, Voluviam aliasque Silesiæ ter-
 nexas terras sibi competere obtendebat.
 Igitur anno priori ad finem vergente cum
 numeroso exercitu inopina irruptione
 Glo

Mänlichen
 Leibeser-
 ben.

Wehlichen
 Leibeser-
 ben.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Glogaviam & Saganum finitimos inferioris Silesiæ Principatus, in quos tamen nullam prætensionem unquam formaverat, sine prævia belli denuntiatione inundavit, die prima Decembris sparso per urbes & pagos ad Provinciales status proclamante, quo fides facta, hanc invasionem non hostili consilio, sed unice Silesiæ & Brandenburgici Ducatus securitati prospiciendi animo factam fuisse, de cetero autem hac super re cum Augustissima Hungariæ Regina conventionem agitari, ac sinceram cum ea amicitiam foveri. Hæc jam gesta fuere, priusquam Gotterus Comes amicæ compositionis spe Reginam frustraturus Viennam adventasset. Ferunt quoque Marchioni de Botta Cæsareo in Aula Brandenburgica Legato disertis verbis fuisse declaratum, Regem fore Austriacæ Domus perpetuum Amicum, ac Reginæ præter vigesies centies mille florenos offerre quadraginta armatorum millia ad repellendos hostium suorum insultus parata, suumque suffragium pro Regis Romanorum electione Francisco I. Magno Etruriæ Duci polliceri: Nihilominus bellum in animo, & hostis in Silesia jamjam erat, dum Regiæ pollicitationis ac concordiæ fiducia Reginam a validiore belli apparatu averterat; quippe Rex die decima octava De-

Y 5

cem-

Sæc. XVIII. A. C. 1741. cembris insperato copias ad Uratis-
 viam, hujus Principatus metropolim ab-
 movit. Fruebatur equidem hæc urbs
 veteri privilegio, vi cujus præter
 cives nullum alium præsidiarium mi-
 litem recipere teneretur; cum autem
 tam valido hosti longius resistere
 impar esset, Regina percepta hostis in-
 ruptione Senatui, qui potissimum
 tem ex Lutheranis constabat, quinque
 armatorum millia sub Gubernatore
 rone de Roth itidem Lutheranis obtin-
 sponse facta, nihil inde præsidii
 privilegio derogatum iri. Placuit hoc
 filium senioribus, juniores tamen
 mero sexcenti magno furoris imperatoris
 Maximilianum de Rampusch & Jo-
 nem de Wutgenau nominari petierunt
 ut ipsimet sub horum imperio exercitu
 Austriaco milite urbem defenderent.
 Attamen hoc dissidio Rex, qui jam
 octo Borufforum millia suburbiis,
 gisque vicinis imposuerat, cæsis
 duodecima Aprilis ad Molvitzium
 striacis, & devastata Henrichs-
 Abbacia in rem suam usus, Urbi necesse
 litatem obtulit, sub conditione ple-
 nitudinis ab omni onere & præ-
 militari, adeo, ut polliceretur, nec
 striacum nec Borufficum præsidium
 imponendum, unam duntaxat
 portam Regi nonnisi triginta Equitibus

transeunti fore apertam, ejusque copiis Sæc. XVIII.
 transitum sed duntaxat per centurias A. C. 1741.
 esse indulgendum &c. Neglecta hac
 pollicitatione Rex cum numerofo milite
 Urbem occupat, ac demum die undeci-
 ma Augufti cives ad præftandum fide-
 litatis juramentum adigit, in ædes Ec-
 clefiasticas tria Borufforum millia im-
 mittit, & die prima Septembris omnes
 Ecclefiæ Cathedralis ad S. Joannem &
 Collegiatæ ad S. Crucem proventus in
 fequeftrem accipit, ac demum die de-
 cima tertia Aprilis anni fequentis Phi-
 lippum Ludovicum Cardinalem de Sin-
 zendorff Vratislaviensem Epifcopum ob
 denegatam contributionem captum Ott-
 machovio Vratislaviam fub militum
 præfidio abduci jubet, & Canonicos (*)
 utriusque Ecclefiæ die decima octava
 Augufti, ademptis bonis, expellit. Po-
 ftea in Superiorem Silefiam tredecim,
 Rauswizium decem, Glogaviam novem
 Præ-

(*) Enimvero Proteftantes juratam fidem
 Auftriacæ Domui datam fine fcrupulo ejura-
 runt, hi tamen Canonici id totum recufarunt,
 eoquod eorum fundatio non a Silefiis, fed a
 Polonis facta, foli Bohemiæ Regi fides data,
 folique Epifcopo fuo ac Pontifici fubjecti ef-
 ſent, & fi fe homagio præftito Regi Boruffo
 fubjicerent, bona fua in fuperiori Silefia &
 Moravia effent amiſſuri.

Sæc. XVIII. Prædicantes invehit, & in qualibet urbe in Senatum duos Lutheranos admitti præcipit, quinimo Lignitii & Juvavienensis ejectis Catholicis nonnisi Protestantibus ad Senatores nominat &c.

§. II.

Summi Pontificis sollicitudo pro conservanda fide Catholica in Silesiæ Ducatu.

Postquam non modo hujus Cardinalis captivitas, sed ipsæ etiam plurimorum Catholicorum lacrimæ ad ipsius Pontificis solium penetraverant, acerbi vulneris sensum proximius ad se pertinere ratus, Catholicæ Religionis decremento indeque absolvendis orituris malis præsentiora remedia proponere statuit; præprimis ergo ad Cardines Orthodoxos Principes Apostolicæ Breve transmittit, quo declarabat, non sine maximo animi sui moerore percipisse, quod Brandenburgicus Marchio calamitosam Austriacæ Domus constitutionem in rem suam verterit, & immenso valido agmine Silesiæ Ducatum occupare molitus sit. Omnes ergo Principes, quibus Religionis Catholicæ conservatio cordi esset, obstrictos fore monebat, ut junctis viribus latius grassanti malo obicem ponerent; non, enim sperabat,